

Syringa, Fistula, Cannula. vid. Syphon. Germ. Ein Cannal oder Röhre.

Syrinx, Syringa, Cannula Syphon, vide Fistula vel Syphon.

Syrius pulvis, est resina seu Magisterium Scammonii. vid. ☿ Syrius.

Syrmea, nomen est Plantæ alicujus, si vè Raphanus fuerit, ad Vomitum concitandum, idoneus, qui & Radicula dicitur, si vè alia Herba Selino similis. Deinde etiam ita dicitur Edulium quoddam ex Adipe & Sale, quod veluti Præmium certaminis cujusdam exhibebatur Lacedæmone, quod ejusdem quoque erat nominis. Porro hoc nomine etiam vocabatur Potio ex Sale, & ∇, Purgationi idonea. *Foësius* pag. 601.

Syrmaismos, mendosè *Syrmesmos*, purgatio per Vomitum aut Alvum minorativa, lenis, mitior, *Hippocr.* 2. de art. t. 50. *Gal.* in comment. *Lang.* L. 2. ep. 48. fin. *C. Hoffm.* com. in *Gal.* L. L. de V. P. n. 277.

syrmites, Saphyrus Cyaneus. vid. Lap. Saphirus. Germ. Saphir-Stein.

Syrupus, Sirupus, Serapium, fortassis à Sirapa, quam vocem adulta Latinæ Linguae ætas, quæ *Columellam* tulit, agnovisse videtur, pro usitato quodam Condituræ Olivarum genere: unde ad similes Condituras translata sit. Est Medicamentum internum fluidum, ex Decoctis, Succis, vel infusione, cum addito Saccharo vel Sale, in eam consistentiam coctum, ut Gutta in Marmore non diffuat: estque simplex vel compositus: Item Alterans, Purgans, ad Tussim, Confortans, Stomachicum, Nephriticum, Scorbaticum &c. Germ. Saftt oder Syrup. vid. Sirupus.

Syrupus Domesticus seu *de Rhamno Cathartico* vel *Spina Cervina,* Germ. Kreuz-Dorn-Beer oder Weg-Dorn-Beer-Saftt.

Systasmos, idem est quod *Isostathmos,* *Gal. Hippocr. & Foësius.*

T.

T *Abacca, Tabacum & Tobacum, Nicotiana* seu *Petum,* vid. Herbas. Tribuitur hoc Vocabulum quoque Tribus Sternutatoriis, vel *Ptarmicis,* haud dubiè ob hanc causam, quod pleresque descriptiones ☿ *Nicotianæ* ingrediatur, in quorum ☿rum usu etiam excessu à multis hodieque peccatur.

Tabaisir, & Tobazir Arabicè, est *Spodium.* Germ. Helffen-Bein. *Mart. Ruland. & Johnsonus.*

Tabarzet, epitheton Sacchari albissimi & depurati, quod sæpius ☿ vae deferbuit. *Helmont.* Tract. Pharmacopol. ac Dispensat. modern. num. 67. Legitur in Arabicis vocabulis antiquis; expositione operibus *Avicennæ* additâ.

Tabella rotunda vel *Rotula* seu *Rotuli,* est Medicamentum internum solidum ex ☿re & octuplo vel duodecuplo Sacchari, in Liquore accommodato soluti, ad consistentiam debitam seu spissam cocti, agitati, intermixti, supra Lapidem marmoreum, seu Tabulam cupream, ferream ligneam vel 2 neam in Orbiculos effusi s. a. confectum. Germ. Zeltlein / oder Rûchlein. *Lex. Brun.*

Tabergeta, id est Albificans. *Mart. Rulandus.*

Taberna, idem quod *Officina.* *Tabernam* Aromatariam diu oclusam & postea apertam, causam fuisse gravissimæ Pestilentiae, testatur ex *Fallopio C. Rejes C. El. q. 65. n. 29.*

Tabi-

- Tabinaria, Osyris, Linaria.* Germ. *Lein-Kraut.* vid. *Herbas.*
- Tabrobanum Lignum* seu *Calambucum* seu *Xylum Aloës.* vid. *Agalochum,* seu *Lignum Aloës.* Germ. *Paradis-Holz.*
- Tabula,* vid. *Morselli* seu *Morsuli.* Germ. *Morschellen.*
- Tabula ferrea,* est Instrumentum ad excipiendas probationes Effusionum *Mart. Rul. & Johnsonus.*
- Tabulatum,* est Confectio in Morsulis Tabulata.
- Tacamabaca,* Germ. *Tacamahac.* Gummi seu Resinæ genus est. Colligitur ex vulnerata Arbore magna, instar Populi procera, admodum odorata, cujus Fructus ruber est, Pœniæ Semen Emulans. Defertur ex Nova Hispania; Gummi Elemi admodum simile est, Unguibus est albis, uti Ammoniacum, odorem ac saporem gravem refert. Plurimus hujus est usus apud Indos præsertim in Tumoribus & confortandis Stomachis.
- Tacucellum,* vocatur Umbilicus ♀ ris. Germ. *Nabel-Kraut.* vid. *Herb.*
- Tæda,* æquivocum est, & habet r. significationem Botanicam, quâ notat Pini speciem. vid. *Gal. L. 8. de Simpl. Fac. Latine Picea.* Deinde 2. significationem Pharmaceuticam, & notat Pastam quandam, vel ad Suffitum, vel ad supponendum Uteroparatam. *Lex. Brun.*
- Tenia* seu *Tenia,* sunt Lumbrici lati seu Cucurbitini, Germ. *Wurm/* vid. *Helminthes* seu *Lumbrici.*
- Tafa,* i.e. Tamariscus. *Mutth. Sylvat. p. 184.*
- Tagenitis,* vocatur Panis quidam seu potius Placenta, ex solo Oleo cum Farina triticæa mixta, & in sartagine super Δnem fumo expertem frixa, apud *Gal. L. 1. de Al. Fac. C. 3. Junge. Jul. Alex. ad Gal.*
- Tain,* est Bolus Armenus ♀. *Mart. Rul. & Johns.*
- Tal,* id est Lutum pavorum vel Alkali. *Mart. Rul. & Johns.*
- Talabeb, Tabeleb,* est Lenticula aquæ. Germ. *Meer-Linsen.*
- Talasa,* est Aqua Mellis falsa. *Plin. Lib. 31. cap. 6.*
- Talassafir, Talasir, talisafar,* vocatur Nux Moschata, vel Arbor Macis. *Matth. Sylvat.*
- Talc,* id est Vinum coctum ♀. *Mart. Rul. & Johns.*
- Talca, talcum, talcus & talk,* creditur esse vox Arabica, significans Stellulas micantes. talci Quatuor vel Quinque species existunt, *Alba, Flava, Nigra, Rubea & Viridiuscula.* Talcum Officinis Lapis est, Speculari Lapidi similis, magis tamen tenuis, levis, squamosus, viridiusculus, Δni resistens ac fixus. Dicitur à nonnullis *Stella terre,* Germ. *Talck.*
- Talcum rubeum* seu *rubrum* ac *nigrum,* (*Paracels. in Chron. Corinth*) Officinus minis usitatum optimum censetur, quod Venetiis ad nos transportatur; Moscoviticum tamen haud deterioris notæ, probatur autem præcipuè *viridiusculum.* vid. *Lapides.* sign. ♂, X, ⊗, ♀, A, F.
- Talentum,* nomen Ponderis majoris, pendentis Sexaginta Minas. Quia verò Minæ Pondus variat, in diversis Locis (vid. *Minæ*) *Jul. Alex.* in not. ad *Gal. L. 1. C. M. P. G. cap. 15.* Igitur & Talenti Pondus variare, necesse est. *Talentum Atti* um pendere Libras Romanas LXII. & Uncias vj. ʒvj. vel Marcas Colonieneses LXXXVII. Lotones VIII. Momenta IV. docet *Linden. Ex V. S. 81. Lex. Brun.*

- Taleola, Talea*, propriè dicitur Præsegmen Lignorum; particula Ligni Tabellata; ita *Taleo fraxinea* apud *Serenum* cap. 12. Junge *Keuchen*, in notis ad h. l. pag. 120. Legatur & *Rhod.* ad *Scribon.* 122. Transfertur tamen etiam ad alias Res scissiles, v. gr. Cornu Cervi in Taleolas dissectum. *Lexic. Brun.*
- Talk.* vid. *Talca, Talcum, Talcus.* Germ. *Talck.* Sign. ⊕
- Talk,* vocantur etiam Stellæ ∇ ræ lucidæ, coloris ∇ ris; inveniuntur in Insula Cypri, & dicuntur Lutum Samium. *Matth. Sylvat.* p. 184.
- Talla,* vocantur Folliculi Ceparum, alii, *Keuchen* ad *Sammon.* p. 133.
- Talpa, mus terrenus.* Germ. *Maulwurff / Schärmauß / Mottwurff.* Animalculum est acutissimi auditus, hoc peculiare præ cæteris Animalibus habens, quod non nisi sub Terra vivere ac superstes esse possit. vid. *Aldrov. L. 2.* de Quadrup. digit. Vivip. c. 36. & *Schrad.*
- Talpeuste.* Germ. *Gebrandte Mottwurff oder Maulwurff.*
- Talus* seu *Astragalus* sive *Os Baliste* seu *Calcaneum Os*, est primum & principalissimum Os, Tarsum unâ cum aliis Officulis in Pede constituens. In usu sunt, *Tali Leporini.* Germ. *Hasen-Sprung.*
- Tam* vel *Tem*, i. e. Bolus Armenus. Germ. *Armenischer Bolus.* *Steph.*
- Tamalapatra, Codegi Indi,* vid. Folium Indum. Germ. *Indianisch Blatt.*
- Tamarindi, Thamarindi, Dactyli* sunt acidi, Fructus *Palme sylvestris acide, Acacia Indica, Palmule Indica, Palmule nigrae, Acide Palmule. Siliqua Arabica, Fructus Oxypheica.* Germ. *Schwarze Datteln / Sauer Datteln und Tamarindten.* Non integri sed contriti & in Massam quandam compacti, ad nos deferuntur. Præstant colore à Nigro in Rufum languescente, teneri, multis vilis intertexti, recentes, pingues, non retorridi, ex dulcibus acidi & vinoso sapore; Advehuntur ex India & Arabia, & ex Insulis Annabon, Ceilon, Madagascar, Pegu, Sumatra &c. Folia sunt instar *Colutheæ* seu Foliorum Senæ minorum, quæ exsiccata apud *Experientis. Pharm. Francofurt. Dn. Job. Rudolphum Henrici* videnda sunt.
- Tamariscus* seu *Tamarix.* Germ. *Tamariscen.* vid. *Cort. Tamarisci.*
- Tamison,* vid. Coagulum. Legitur apud *Hippocr. L. 2.*
- Tanacetum* Germ. *Rhennsahren.* vid. Flores & Herbas *Tanaceti.*
- Tanacetum sylvestre, Agrimonia sylvestris, Potentilla, Anserina.* Germ. *Gensferig.* vid. Herbas.
- Tanasia, Athanasia.* vid. Flores *Tanaceti.* Germ. *Rhennsahren-Blumen.*
- Tange,* præter alias significationes Rancorem notat. *Foësius.*
- Tentalus,* vocatur ænigmaticè in negotio Lapidis Philosophici *Mercurius* ξ , sive ∇ tum vivum. *Th. Chym. Vol. IV. p. 721. 725.*
- Taphiusius,* vocatur Quarta species Lapidis *Ætitis*, à Loco natali *Taphiusa*, juxta *Leucadem*, apud *Plin. L. 36. H. N. c. 21.* quem Lapidem nobis incognitum, dixit *Schrad. L. 3. c. 8.*
- Taphneus,* dicitur *Paracelso* species Terræ, ex qua illa producuntur, quæ non mutant suam naturam, Calcinando, Reverberando, de grad. & comp. cap. 1. vel *Taphneus* est Medicina mundata, *Scholiis* ad *L. 7. de grad. & comp. cap. 9.*
- Tapsaria,* est Aqua Hordei seu *Pisana.* *Gesotten Gersten - Wasser.*
- Tapsus Barbatas,* id est *Verbascum.* Germ. *Büll-Kraut.* vid. Flores & herb.
- Tarantula,* nomen est *Phalangii*, vel *Aranei* exotici, in *Apulia* & *Persia* frequentioris, vid. *Olearius* & *Willis.*
- Taraxacum Arabicum,* est *Cichoreum.* Germ. *Begwartthen* vid. Herb. Radices seu Semina *Cichorei.*
- Taraxacum, Dens Leonis.* vid. Herbas. Germ. *Pfaffen-Röhlein.*
- Tarbason,* vox ficta à *Scheunemanno*, notans *Antimonium Stibium* ξ pro *Larbason*, quem propterea falsè præstrinxit *Libavius*, in defensione contra illum pag. 28. seq.

Tarchon Avicennæ, Draco hortensis Gesneri, Dracunculus Esculentus. Germ. *Drachm.* vid. Herbas.

Tarentina, id est Myrthus Italica. vid. Herbas.

Targar, id est Juniperinum. Germ. *Wacholder-Öel.* Mart. Rul. & Johnf.

Tarith, vel *Ruscias*, id est Mercurius & Mart. Rul. & Johnf.

Taro, id est Lentiscus. Mart. Rul. & Johnf.

Tart. ita à Medicis præscriptum seu aliàs notatum, legendum est Tartarus.

Tartari Cremor, Germ. *Präparirter Wein-Stein.* vid. Cremor ☐ ri.

Tartarus seu *Tartarum*, *Oenolithus, Lapis Vini*, ☐. Germ. *Wein-Stein* / est Vini Calculus, vel Fæx Vini lapidea, dolei lateribus adhærescens, seu Lapis Vini vasorum lateribus adhærens. Deducitur quoque ad quodvis fabulum in rebus fermentantibus, imò ad Crassamentum fabulosum in corpore humano. A similitudine dicitur à *Paraceso* Calculus in homine, Renum Lapis & *na*, reliquorum quoque Membrorum, ut Glutinis albi, cujus Tartarum Podagræ causam ponit. Sign. ☐.

Tartarus Aceti, est Sal Essentiale ☐ ti, seu Crystalli in residuo ☒ ti relictis. Germ. *Essig-Salz.*

Tartarus Chalybeatus, est ☐ rus virtutibus ☐ imprægnatus.

Tartarus Emeticus ☐ E. Germ. *Brech Weinstein.* vid. *Mynsichtus.*

Tartarus Solubilis, Præparatur ex Crystallis ☐ ri in ☐ a solutis & ☐ ri in ☐ a soluto intermixtis, & ad siccitatem coctis. Vel ut Crystallifentur in Cella reponantur.

Tarum Plinii, Xylum Aloës, Calambucum, Tabrobanum Lignum. vid. Agallochum seu Lignum Aloës. Germ. *Paradis Holz.*

Tassus, i. e. Lambricus. Germ. *Wurm.* Mart. Rul. & Johnf.

Taurocolla, vocatur Gluten optimum, quod ex Auribus Taurorum & Genitalibus paratur. Verum accipitur etiam generaliter pro Glutine. Gal. L. 5. de C.M.P.G. c. 12. *Agin.* L. 7. c. 3. L. Tract. vid. Colla. Germ. *Leim.*

Taurus. Germ. *Ein Och* / Homonymon est, vel enim notat Bovem Masculum vel Taurum. Taurus dicitur inferior Penis pars, ejusque Sutura, in longitudinem vergens, usque ad sedem porrecta, Gal. introd. cap. 10. *Linden Med. Phys.* L. 2. cap. 7. §. 63. *Keuchen* vocavit Staturam Testium, in notis ad Sammon. pag. 236. *Tauri Priapus*, Germ. *Oschen-Zimmer* oder *Farren-Schwanz* / in usu est. vid. Priapus. Sign. ☐, ☐.

Taxa, Taxatio, Germ. *Tax* oder *Preis* / vocatur Valor Medicamentorum, quâ simplicium, quâ compositorum, sive Pretium Pecuniæ numerandum pro Medicamentis, & legitur passim apud *Wekerum* in Ant. gen. nec non in *Dispensatoris* Augustano & Norimbergensi &c.

Taxe, seu *Taxi* vel *mellis axungia*, Germ. *Taxen Schmalz* / est Pinguedo Animalis in Cavernis viventis, magnitudine Vulpis, colore Felis &c.

Teast, i. e. Sulphur. ☐. Germ. *Schwefel.* Sylvat.


Tecome, est Licuatio seu Colliquatio. Lex. Brun.

Tesra item *Konis*, est Cinis ☐. Germ. *Eiche.* Mart. Rul. & Johnsonus.

Tegmen Punici, Putamen Mali Punici, Malicorium, Cortex Mali Punici, Germ. *Granat-Äpffel Rindten.* vid. Cortices Granatorum.

Tegula Fornicaria, est Vas ☐ reum, ventilabris & ostio pervium, oblongum ad regendum Catillos, ne operæ polluantur favillis, utque Calor eò Temperatius materiam elaborare possit, formatum. Quidam hanc tegulam cum fundo connectant; alii fundum ab illo segregatum faciunt, id quod in cujuslibet positum arbitrio. Mart. Rul. & Johnsonus.

Tela Araneorum. Germ. *Ein Spin-Webe* / permiscetur Emplastris & Cataplasmatibus anti Febrilibus.

- Tela Emplastica.* vid. Sparadrapum.
- Telephium* est *Crassula*, seu *Fabaria*, vid. Herbas.
- Telis*, *Aegoceros*, *Bucerus*, *Ceraitis* est Sem. *Foenugræci*. Germ. *Bock's-Horn*.
- Telon*, dicitur Δ is, tanquam *Telum*. *Dorn. Mart. Rul. & Johnsonus*.
- Tembulum*, *Batrum* seu *Betrum Indicum*, *Phyllon Indicum*, *Phyllon Scylmatos Aëtit*.
Germ. *Indianisch Bladt-oder Indianisch Sam-Kraut*. vid. *Folia* seu *Folium Indum*.
- Temperantia*, sunt ea quæ *Acidum* in corpore nostro temperant. vid. *Absorbentia Lex. Brun.*
- Temperatum*, est omne quod propriam naturam domat frænataque, aliam admittendo: ut est *Vinum adustum*, vel ∇ *Ardens Mart. Rul. & Johns.*
- Temperata* quoque sunt, quæ nec nimis calida, nec nimis frigida sunt.
- Temporarius*, idem est quod *Maturus*, *Bonus*, Germ. *Zeitig oder Guth*.
- Tempus*, in Collectione Medicamentorum simplicium quoque observandum, rectissime urget *Wekerus* & alii. Ita & in assumendis & retinendis Remediis certò tempore opus esse, per experientiam constat. Quod v. superstitiosam temporum Observationem attinet, v. gr. *Mediæ noctis*, aut ipsius *Momenti*, quo *Sol*, vel punctum *Æquinoctii Solstitii* alicujus ingreditur: *Vana* sunt talia, & nullius pretii. *Lex. Brun.*
- Tenacitas Glutinis*, est *Resina*, ut *Resina Pini* & *Abjetis*, *Therebinthinæ*, *Laricis*.
Germ. *Harß/ Terbenthin. Dorn. Mart. Rul. & Johns.*
- Tenaculum*, est *Instrumentum Quadratum*, *ferreum* vel *lignum*, quibuslibet *angulis clavis confectis*, quibus *Panni* dispensantur ad *colandos Liquores*.
- Tencha*, *Tincha* & *Tinca*, est genus *Piscium*. vid. *Tinca*.
- Tentia*, vocantur ea, quæ humore perfusa eundem per *Meatus* vel *Poros* admittunt, *humidiora* indeque fiunt & *molliora*, ut *Lana*, *Terra*. His opponuntur, quæ non admittunt intra se *humorem*: ut *Æs*, \ominus , δ . *Gorr.*
- Tendentia*, dicuntur *Remedia*, quæ *Cutim* expandunt & distendunt, & opponuntur *Relaxantibus*. *Gal. L. 5. de S. fac. c. 11.*
- Teneritudo*, *Tener*, id est *Mollities* recens. *Tenerum Ceratum*, id est *liquidius*, *molle*, *Scrib. n. 171.* *Tenera Folia*, id est *molliora*. n. 137.
- Tenthreniodes*, *Cavernosus*, *Antrosus*. *Usurpatur de Pulmone* ab *Hippocrate L. de Relect. I. 10.*
- Tenxis*, id est *Humectatio*, *Madefactio*, cui opponitur *Xerotes*, id est *Siccitas*.
Lexic. Brunonis.
- Teorica*, i. e. *Urtica*. Germ. *Bren-Nessel. Matth. Sylvat.*
- Tepbra*, id est *Cinis* E Germ. *Esche*. vid. *Cinis. Lex. Brun.*
- Tephricon*, idem quod *Spodion*, vid. *Spodion*.
- Terdina* & *Terdine*, est *Valeriana*. vid. *Rad. Valerianæ*.
- Terebinthinacotta*, præparatur *Terbenthina Veneta* in ∇ *pura* per *Cocctionem* ad *consistentiam duriolem*.
- Terebinthina* seu *Therebinthina*, *Resina Terebinthi*, *Terminthina*, *Terpentina*, *Termentina*, *Officinæ duplex* est *resina*, *Cypria* & *vulgaris*; *Cypria* est ea, quam *Officinæ Terebinthinam Cypriam* appellant: *Veneta*, quia inde *transvehitur*, *Terebinthina ex Cypro* & *Chio*, sic & aliis *Regionibus* commendatur *candida*, *pellucida*, *clara*, *acris* & *odorata*, quæ prædictis dotibus *subflavescit*, non *improbanda*. *Laudatur* quæ ex *Chio Insula* defertur, quæ *odore* & *gustu* cæteris antecellit, & plus *Terebinthi* refert. *Sign.* .
- Terebinthina vulgaris* seu *Resina Laricis*, *Lachryma Laricis*. *G. gemeiner Terbenthin/ Berchen-Harß/ Claret.* Ex *Larice* colligitur, non sponte sua defluit, sed qui ipsam

ipsam colligunt, magno & longo Terebro, Laricis caudices ad Medullam usque per æstatem perforant & inde manantem Resinam, vasculis quibusdam è piceo cortice paratis, excipiunt. Splendidiorem mittunt juveniculæ Arbores, turbidiorem verò annosæ. Optima quæ purissima, odoratissima, aliquantulum translucida.

Tereniabin, est Pinguedo Mannæ. Est etiam ☉ sylvestre tendens ad modicam nigredinem, non ex Apibus, sed ex Δre decidens in Campos, Arbores & Herbas, dulce quemadmodum & aliud Mel Reperitur in bona quantitate, mensibus æstivis, Junio Julio & Augusto. Veteres Threr vocaverunt. Vocatur quoque *Melisaccharum*. vid. *Lexic. Brunonis*.

Teretate, i. e. Pix liquida. *Sylvat*.

Terpnos, significat Gratum, Suave, Delectabile. In specie *Terpnos* nomen est Medicamenti compositi, quod describitur ab *Aëtio*. Lib. 6. cap. 91. citante *Gorraeo*.

Terra, Ge, ♁. Germ. Erde. Terræ multiplices habentur & inveniuntur. vid. *Authores*. Sign. ♁, ♃, □, ♁, ☿.

Terra Alana seu *Tripolis*. Germ. *Trippel*. vid. *Terra Tripolis*.

Terra Alba id est Creta, Germ. *Kreite*. vid. *Creta*.

Terra Alchichi, id est Creta quæ invenitur sub *Terra Matth. Sylvat* pag. 185.

Terra Aluminis, præparatur ex Onè & Ele fuso ana, fundantur denuo in crucibulo ad consistentiam lapideam, postmodum affunde ♁ontanam, ☉ se resolvit, Terrâ Onis ad fundum subsistente.

Terra Argenti est Lithargyrium ☽teum ☿. Germ. *Silber-Gledt*.

Terra Armenia. Germ. *Armenische Erde*. vid. *Bolus Armen*.

Terra Ori est Lithargyrium ☉reum ☽. Germ. *Goldt-Gledt*.

Terra Catechu seu *Cymaolia*. vid. *Caschew*.

Terra Cimolia candida, mollis, rara, vid. *Cimolia Terra*. Germ. *Wasch-Erde*.

Terra Damnata, idem quod *Terra mortua* & *Caput mortuum* ☉.

Terra Elementata est *Sal Paracelsi*, Germ. *Der vier Elementen Wohnung*. vid. *Sal Paracelsi*.

Terra Eretriades, est species quædam Cerussæ. *Dioscorides* ponit duas species, *albam* & *cineritiam*, quæ cum mollis sit & trahitur per æramenta, refert *Lineam violaceam*: & illa tum optima est. Vim adstringendi, refrigerandi, molliendi, cava explendi & sanguinolenta conglutinandi, habere docet *Plin.* L. 35. cap. 16. *Zaxatæ* & *paratæ*.

Terra Fidelis, est ☽tum, quod aliàs *Terra est Cælestis* & *Cælum Terrestre*, pro ☽na si sumatur ☽tum, qua etiam ratione dici posset ☽tum Cæleste, ☽na. *Johnsonus*.

Terra Figula id est *Argilla* vel *Creta*. *Mart. Rul. & Johns*.

Terra Fætida est *Sulphur* ☿. & ☿ foetens. *Mart. Rul. & Johns*.

Terra Foliata est *Mercurius* ☿. *Mart. Rul. & Johnsonus*.

Terra Foliata Nitri. Candefac ☽ in ☽lo & per vices injice carbones, ut Nitri inardescat, continua donec flagrare desinat, quod restitatur solvatur in ☽, filtretur, coaguletur, idque ter cum novo ☽ repetatur. Tandem solvatur in ♁, qui postmodum destillatur. In fundo erit ♁talcosa ☽tri fusilis instar ☿ræ.

Terra Foliata Tartari, fit affusione ☿ti ☽ro benè calcinato q. v. veluti extracturuseffes ejus ☿am; evapora inde Plegma & rursus affundendo aliud ☽tum, idque tamdiu contiando, evaporando, & affundendo, donec sentias ☽ evaporatione. Tunc tuus ☽rus erit animatus & niger, affunde ei ♁Vitæ vel ♁, tunc solve philtre & coagula. Hoc toties reiterando, usq; dum ♁ra reddita sit foliata & candidissima. vid. *Sal Essentiale Vini*.

Terra Franciscæ, Atramentum. Germ. Schwarzs. Atrament. ☿ . Mart. Rul. vid. Dragantum.

Terra Hispanica, est Vitriolum. ♁ . Mart. Rul. & *Johns.*

Terra Japonica seu *Cymaola*, est ♀ ex Regno Japonensi apportata. Debet esse levis, bruna & resinosa. vid. Caschew vel Gatechu.

Terra Labacensis, Germ. Labacher Erde. Advehitur ex Regione Labacensi in qua magna copia invenitur, fere Terræ Lemniæ similis.

Terra Lemnia, sic dicta, quia ex Lemno afferebatur. Germ. Gesiegelte Erde aus der Insel Lemno. *Avicenna* ♀ ram Sigillatam & Lutum sigillatum dicit, quia à Sacerdotibus Dianæ signabatur imagine Dianæ, in cujus tutela erat, vel Capræ, quæ Caprino sanguine miscebatur; Unde Sphragida argos (id est) Sigillum Capræ nominatur. *Terra Lemnia*, duplex Constantino- poli adfertur: Una rubescens, in placentulas exiguas formata, Characteribus Turcicis signata: Altera ex cinericio colore candidans, majoribus formata placentulis, Characteribus item signata Turcicis. Sed metuendum, quod neutra sit vera Terra Lemnia de qua Veteres: cum Vera rubeat aut fulvo colore prædita sit, quæ verò hodie apportatur, dilutius rubet. Quocirca volunt Doctiores, quod *Bolus Orientalis* rectius conveniat cum *Terra Lemnia Vera*, & pro ea substitui possit. Sign. ♁ , ♁ .

Terra Lemnia, vocatur quoque *Terra Saracenicæ*, *Terra Signata*, *Sphragis*, *Rubrica Lemnia*, *minii Gleba*, *minium Lemnicum*, *Gleba Lemnia*, *Terra Sacra*, *Sigillum Capræ*, *Sigillum Lemnium*, *Lutum Lemnium*, *Johnsonus Lex.* 3. fol. 75. vid. Lemniam & Bol. Armen.

Terra Lignicensis. vid. Terra Sigillata Lignicensis.

Terra melitæa, vid. Terra Sigillata Melitæa.

Terra Merita, est Curcuma. Germ. Curcum. vid. Rad. Curcumæ.

Terra mortua, est Terra ex Elixiviatione residua, omnibus Facultatibus efficacibus destituta. Germ. Tode Erde.

Terra Nitri Foliata, vid. Terra Foliata Nitri.

Terra Nigra, *Plumbum sapientum*. vid. Stibi vel Antimonium. Germ. Spieß- Glas.

Terra Philosophorum sancta, est Mercurius vitæ.

Terra Pura, nihil aliud est quàm Sal Purum coagulatum *Johns. Lex.* 3. fol. 79.

Terra Rubea, est Bolus Armenus; aliquando etiam Auripigmentum ☿ . Mart. Rul. & *Johnsonus*

Terra Sacra, *Gleba Lemnia*, *Sigillum Capræ*. Est Terra Lemnia. Germ. Gesiegelte Erde aus der Insel Lemno.

Terra Samia, secundum *Dioscoridem* duplex est, 1. *Candida*, levis, tangenti linguæ glutinis modo adhærescens, mollis, succosa, friabilis; cujusmodi est, quam alii Collyrion appellant. 2. Altera *Crustacea*, Cotis modo prædensa. Uruntur & lavantur, ut Eretriades & viribus illis sunt vicinæ. Sistent sanguinis rejectiones, fluxiones Vulvæ. Profunt Testium & Mammarum inflammationibus, & Venenis & Ictibus Serpentum. *Plin.* l. 35. c. 16.

Terra sancta est Crocus Metallorum ♁ *Johnsonus Lex.* 3. fol. 75.

Terra Sancta Pauli est Terra Sigillata alba.


Terra Sancta Rulandina, præparatur ex ♁ nio supra laminam ferream s. a. lentissimo Δ ne, continuè Spatulâ ferreâ agitando, donec ♁ fiat Gryseus. *Rolf. Chym.* fol. 376. Nominatur quoque *Crocus metallorum Johns. Lex.* 3. fol. 73. & *Beguinus* pag. 292.

Terra Saponaria alba, candida; mollis, rara. vid. Cimolia Terra. Germ. Weisse Seiffen Erde.

Terra Saracenicæ est Terra Lemnia, *Johnsonus Lex.* 3. fol. 75.

Terra Selinusa, eandem habet naturam quam Chia vel Samia, præcipuè illa Candida, quæ resplendet, inquit *Dioscorid.* candida; vel ut *Plin.* dicit, la- ♁ ♁

Ætæi coloris, friabilis & celerrimè dilui humore. vid. *Dioscorid. Plin. Mart. Ruland. & Johnsonus.*

Terra Sigillata alba, *Melitæa* seu *Melitenfis*, *Terra Sancta Pauli* quæ etiam in multis regionibus Germaniæ invenitur. Optima quæ Linguæ valdè adhæret. Germ. Weiß gesiegelte Erde. Sign. .

Terra Sigillata cruda, potius quàm præparata *Terra Armenia* in usu est, Germ. Die rothe Armenische Erde oder Boius.

Terra Sigillata grysea communis & Strigenfis. Optima quæ valdè Linguæ adhæret. Germ. Graue gesiegelte Erden.

Terra Sigillata Lignicensis, est triplex, albi, cinerei & rubei coloris; Hanc vocant *Axungiam Dnæ*, quippe quæ ☿ re Dnæ sit perfusa. Germ. Lignicenser gesiegelte Erden.


Terra Sigillata melitæa seu *Melitenfis*, vel *St. Pauli* vid. *Pauladada*. Reperitur in Insula *Melitæa*, alba seu candida & levis. Germ. Weiß gesiegelte Erde aus der Insel Maltha.

Terra Sigillata rubra communis seu *Turcica*. Germ. Gemeine rothe/ oder rothe Türckische gesiegelte Erde.

Terra Sigillata Silesiaca seu *Germanica*, in quibusdam Silesiæ locis, in *Orifodinis* reperitur, estque vel *Lignicensis* vel *Strigenfis*. Germ. Gesiegelte Erde aus der Schlesien.

Terra Sigillata Strigenfis lutei coloris, *Strigæ*, *Silesiæ* Oppidi Sigillo confirmata, & primum à *Johanne Montano* (in der alten Goldt-Gruben zu Schweidnitz) reperta, & dicitur *Axungia* seu *Medulla ☉* *lis*, ed, quod ☿ re ☉ *lis* imprægnata creditur.

Terra Sigillata Turcica, *Lutum di vini*, (Turcicis Characteribus insignata) quæ pro Lemniis Ferris venditant communiter, cum tamè veræ *Terræ Lemniæ Gal.* minimè respondeat: Verum enim verò, sunt, qui Terram Sigillatam in placentulis cinerei coloris Constantinopoli advectam, pro vera *Terræ Lemniæ* usurpare velint, utpote quæ inter modernas præstantissima est.

Terra Tartari Foliata, vid. *Terra Foliata Tartari* seu *Sal Essentiale Vini*. Sign. .

Terra Tripolis, seu *Alana Terra* est *Lapis Levis*, circa Civitatem *Tripolem* inventus. Germ. Trippel.

Terra Vitrioli dulcis, fit ex ☉ tuo *Olei Vitrioli* ad rubedinem calcinato, aliquoties ♃ â edulcando, donec *Terra rubra* ab omni ☾ sedine liberata sit, postea exsicca. vid. *Beguin. pag. 375.*

Terra Viridis. vid. *Chryfocolla*. Germ. Stein-Grün oder Schiefer-Grün.

Terræ genera enumerat *Mart. Rul. 41. à pag. 468. usque ad pag. 470.*

Terræ in fodinis reperiuntur, quæ quoad colores *Argillæ* sunt similes, sed sola siccitate, unde fiunt, distinguuntur. Quædam est *Candida*, quædam est *Cinerea*, quædam est *Cœrulea*, Græcis *kyanon*, Latinis *Cœruleum*, quædam *Lutea*, quæ est *Ochra*, quædam *Nigra*, quædam *Punicea*, quædam *Purpurea* seu *Rubea*, quæ est *Sandaraca*, Germ. Berg-Röthe/ Mensch-Geib/ Roß-Geib/ quædam est *Viridis* quæ est *Chryfocolla*. Germ. Stein-grüne Erde. Vid. *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Terrælati, sunt *Spiritus corporei*, in *Terra* degentes. *Dorn. Mart. Rul. & Johns.*

Tertium, *Chymicis* dicitur *Medium* inter duo extrema, & est *Melium* inter *Durum* & *Molle*, item *Medium* conjungendi *Tincturas*, & intelligitur *Sal*, quod meritò dicitur *Medium* inter *Corpus* & *Spiritum*. *Th. Chym. Vol. IV. pag. 96. seq.*


Tertius, in *Medicina* usitata est phrasis ad *Tertias*, vel ad *Duas Tertias* decoquere, & vel indicatur *Decoctio* tanta, ut residua maneat *Una Tertia Pars* *Liquoris*; vel quod usitatus videtur, ut *Una saltem Tertia Pars* decoquendo consumatur. vid. *Rhod. in Lexic. Scribon. pag. 451.*

- Tessares* & *Tessara*, significat numerum Quaternarium.
- Tessella*, idem quod Rotulæ seu Tabellæ. Germ. *Rüchlein* oder *Täfelin*.
- Testamentum*, terminus Juridicus, propriè denotans dispositionem Facultatum suarum omnium, *Gal.* Libr. de cogn. & cur omn. anim. pecc. c. 5. translatum verò à Spagyricis ad Hieroglyphica, vel mystica, aut ænigmatica scripta, potissimum de Lapide Philosophorum, v. gr. *Arnoldi Villanovani Testamentum*, *Nicolai melchioris Cibinensis Transilvanii Testamentum* art sFr. *Basilii Valentini Testamentum* Ultimam vernaculâ Linguâ scriptum, *Hadr.* à *mynsicht* testamentum Metricum scriptis ejus additum &c.
- Testa Sepiæ*, *Os candidum* Germ. *Black Fische Bein*. vid. *Ossa* seu *Os Sepiæ*.
- Testæ* seu *Conchæ Ostrearum*. Germ. *Austern* oder *Ostern Muscheln* oder *Schalen*.
- Testæ Ovorum*. Germ. *Eyer Schalen*. Interdum ad Dentifricia utuntur.
- Testa* quoque significat Vas figulinum, deinde & eo similem duritiem, crustam Animalium fluviatilium &c.
- Testes* seu *Testiculi equini*. Germ. *Pferdts Hoden* oder *Pferdts Genfen* incisi & Vino rubro optimè lavati cito exsiccantur, & ad usum Medicum servantur. Eodem modo *Testes Apri* præparantur &c.
- Testiculi Leporis* seu *Vulpis Radices*, sunt Radices Satyrii Triphylli. Germ. *Rauben Kraut* oder *Stendel Wurzel*. vid. Radices Satyrii.
- Testimonium*, *Martyrion*, quid significet, notum est. Propriè quoque alterius affirmationem ejus, quod alius statuerat. Hinc *Gal.* dicit, alicubi ex Testimonio veritatem dogmatum æstimari &c. vid. *Gal.* & *Hippocr.*
- Testudinaria*, *Panis Aleurit*, *Fauni*, *Chelonium*, *Trympha*, *Harthanita*, vid. Rad. *Cyclaminis*. Germ. *Erdt Aessel* / *Säu Brodt Wald Rûben* &c.
- Testudo*, est *Spuma Maris*, Germ. *Meer Schaum* & *Limax*, *Anacium album* & *rubrum*. *Mart. Kul.* & *Jhons*.
- Testudo*. Germ. *Eine Schild Krote*. Animal est amphibium è genere Testaceorum, scutum Testaceum in dorso gerens.
- Tetanothra*, *Tetanomata*, vocantur Medicamenta Erugatoria, sive quæ Rugas emendant. *Gorræus*.
- Tethalassomenos*, idem quod *Telassites Marinus*; Epitheton Vini *Vmarina* mixti. vid. *Gal.* & *Foësius*.
- Tetradrachmon* est Pondus Quatuor Drachmarum $\text{z} \text{iv}$. 4. *Quintlein*. sive $\text{z} \text{ss}$ *Uncia Semis* oder *1. Roth Lexic. Brunonis*.
- Tetragion*, species est juxta *Aëtium Phalangii* vel *Aranei subalbidi*, pedes scabros habens & juxta Caput eminentias duas: unam rectam, alteram latam, ut existimes, eum ora habere duo, Maxillas Quatuor, & Lineam per Os æqualem; Ejus venenum Scorpii veneno simile. Germ. *Eine Art von Spinnen*. *Forest.* L. 30. *Obs.* 12. *Schol.*
- Tetragonon*, vide *Quadrangulum*, aliàs apud *Hippocr.* vocatur Medicamentum, quod Caput purgat, per quod nonnulli intelligunt vel ipsum *Stibium* vel *Crustas*, quæ circa illud reperiuntur, *Foëf.* p. 616. *Rhod.* ad *Scrib.* n. 23.
- Tetramyron*, id est ex Quatuor Unguentis confectum, vocatur *Acopum Lini* mentum, cujus descriptio & vires habentur apud *Gal.* L. 7. de *C. M. P. g.* cap. 12.
- Tetrao*, vocatur *Avis montana major*, quæ Latinis *Urogallus* dicitur, cujus descriptio videatur apud *Aldrov.* L. 13. *Ornith.* cap. 6. Ubi simul demonstrat, non esse eandem *Avem* cum *Otide*.
- Tetrapharmacon* & *Tetrapharmacum* in genere dicitur Medicamentum compositum ex Quatuor simplicibus constans, ut *Emplastrum Tetrapharmacum* & *Unguentum Basilicum*. Deinde & *Anditodus* ita vocatur, quæ aliàs *Mysterion* dicitur, & in *Officinis Theriaca Diatessaron*.
- Tetrobolon*, est Pondus Quatuor Obolorum, hoc est *Scrupuli duo dij* vel *Gr. XL*. *Gramma* in *Duos Obulos* dividitur *Gorr.*

- Tettigometra**, dicitur Fætus è Terra cadens, è quo exit Cicada. *Aldrov. de Insectis* Libro 2. cap. 15.
- Tittix**, id est Cicada. Germ. *Heu-Schreck. Lex. Brun.*
- Teucrium**, est Chamædrys vulgaris. Germ. *Gemeines Chamänderlein.* vid. Herbas.
- Teuthrum**, id est Polium Montanum. vid. Herbas.
- Teutlon & Seutlon Fuchsi**, est Beta. Germ. *Mangoldt.* vid. Herbas.
- Teutlophace**, nomen Cibi alicujus, constantis ex Beta & Lente, à *Teutlon* Beta & *phace* Lens. Id Edulii genus *Heraclidem Tarentinum* non modò in his, sed ægrotantibus dedisse, scribit *Gal. L. 1. de Al. Fac. cap. 18. fin. Gorr.*
- Teutbis**, nomen est Animalis marini. vid. Lolgo.
- Teutrium**, est Polium montanum. Germ. *Berg-Boley.*
- Thais**, præter alias significationes, significat Ceratum. Cosmeticum, quo faciei rubor conciliatur, vid. *Ægineta L. 3. cap. 25. &c.*
- Thalame**, dicitur Cubile & Piscium Latibulum, Forulus, Penetrare. Legitur apud *Hippocr. & Foësum.*
- Thalasseron**, dicitur Collyrium *Hermophili*, accommodum Suffusionibus & habitudine Visus, cujus descriptio habetur apud *Gal. L. 4. de C. M. S. L. c. 7. & Æginet. L. 7. cap. 16.*
- Thalassion**, Bryon, est Muscus marinus, Germ. *Meer-Moos oder Corallen Moos.* vid. Corallina.
- Thalassites**, idem quod Tethalassomenos. vid. Tethalassomenos.
- Thalassomeli**, dicitur Medicamentum compositum ex æquis portionibus ∇ Marinæ, \ominus lis & ∇ Pluviæ, defecatis & in picato vase per ζ caniculares infolatis; Vim habens purgatoriam, *Gorr. è Dioscoride L. 5. cap. 20. Jung Keuchen ad Sammon. p. 201.*
- Thaleros**, id est Floridus, à Thallo Floreo. Dicitur de Spiritu vegeto magno & concitato. *Gal. c. 2. in 1. provit. t. 4. & 60. Quamvis in textu Hippocr. legatur thaleron.*
- Thalistrum** seu *Herba Sophia.* vid. Semen Sophiae. Germ. *Wess-Samen.*
- Thallia & Tallos**, dicitur Germen omne, sed præcipuè Olivæ, *Æginet. L. 3. c. 66. Gorr. Rhodius* exposuit per Ramum Olivæ, ex quo diebus Festis Coronæ tēxebantur. ad *Scrib. n. 142.*
- Thalpos**, idem quod Thermotes Calor, *Æstus.* Legitur apud *Hippocr. 3. aph. 1. & 5. à thalpo* foveo, calefacio. *1. Diet. n. 383.*
- Thamar**, Arabibus Dactylum, Palmæ Arboris fructum significat; Unde Confectio quædam Diathamaron. *Lex. Blancardi.*
- Thamarindi**, Dactyli sunt acidi, Fructus Palmæ sylvestris. vid. Tamarindi.
- Thaphneus**, est Medicina mundata & repurgata, Germ. *Eine gereinigte Arzney.* *Dorn. Mart. Rul. & Johns.*
- Thebayco**, est Cuprum ζ . Germ. *Rupffer. Mart. Rul. & Johnson.*
- Thee**, Frutex est, Chinensibus & Tartaris indigena. vid. Fol. s. Herb. Thee.
- Thegemata**, dicuntur Fructus dulces, duros habentes cortices vel testas. *Matth. Sylvat. c. 663.*
- Theilopedon**, dicebatur Locus, ubi insolantur & exiccantur Uvæ; hinc Uva infolata. vid. *Linden & Gorraus.*
- Thejou**, significat Divinum & Sulphur. *Lex. Brun.*
- Thelephium vulgare**, Illecebra, *Herniaria major, Cressula.* Germ. *Knaben-Kraut.* vid. Herbas.
- Thelypthorium**, *Ambrosina altera, Abrotanum Cappadocium.* vid. Abrotanum mas. Germ. *Stab-Wurz-Männlein.*
- Thelopedon**, est Locus ubi exiccantur Uvæ. vid. Theilopedon.
- Themon**, idem quod Soros vocatur Acervus & Cumulus, v. gr. Frumenti, Tritici *Gal. in Ex. voc. Hipp. Foef. p. 269.*
- Themyantbeis**, est Aurum. \odot . Germ. *Goldt. Mart. Rul. & Johns.*

- Theodoretos**, Antidotus vocatur, quæ aliàs Dianacardiõn appellatur, ad frigidas Capitis affectiones, cujus descriptio legitur apud *Æginet. L. 1. cap. 11. & Aët. L. 13.* citante *Gorr. Meminit & Forest. L. 21. Obs. 12. Schol.*
- Theodotia**, vocantur diversa Collyria ab Authore *Theodoto* inventa & excogitata, ad diversas Oculorum affectiones, quorum descriptiones habentur apud *Aëtium L. 7. allegante Gorræo & Ægineta L. 7. cap. 16. Meminit & in genere Gal. L. introduct. c. 14. circa finem.*
- Theophilion**, vocatur Collyrium, descriptum ab *Aëtio L. 7. allegante Gorr.*
- Theophrastici**, iidem, qui *Paracelsista* dicuntur. *Paracelsi* Sectatores.
- Theorema**, *Theoretica*, videatur *Theoria*, quæ est Pars Medicinæ speculativa & contemplativa. *Lex. Brun.*
- Theoria** est Pars Medicinæ speculativa & contemplativa *Lex. Blanc.*
- Theraus**, epitheton certum Vini alicujus, quod in Creta Insula nascebatur, dulce, nigrum grassumque & citra adstrictionem; Meminit ejus *Gal. de bonis & malis Succis. L. 4. c. 11. de Simpl. Fac. 8. Jung. Gorr.*
- Therapeutica** est Pars Medicinæ, quæ tradit Methodum Medendi.
- Thereniabin** seu *Tereniabin*, est Manna Orientalis; quæ *Drosomeli & Aëromeli* Græcis dicitur. *Lexic. Blancardi.*
- Therenos**, epitheton Vini Asiatici dulcis, simul atque pallidi, uti scribit *Gal. L. 5. de San. tuent. c. 5. Gorræus.*
- Theriacalia**, dicuntur medicamenta, quæ Ferarum Morfibus medentur, *Gal. c. 6. Epid. Tract. 5. circa fin. Duplicia statuiffe Nicandrum, docet Gorr. quorum alia Animalium Morfus præcauent, siue illitu, siue suffitu, siue instratu, aliaque morsum jam inflictum curant & innoxium reddunt.*
- Theriaca**, dicitur à Carne Thyri, vel à Thiro Serpente, & ana quod est Medicina contra Venenum, unde *Theriaca*, Medicina contra Serpentum Venena.
- Theriaca**, invenies *Theriacarum* varia genera Chymica & Galenica in Pharmacopœca Spagyrica *Millii p. 349. & 350.*
- Theriaca**, Medicamentum est Venenum expellens, quia *Viperinæ* carnes ejus compositionem ingrediuntur.
- Theriaca**, vocatur in Specie Antidotus efficacissima ad Venena omnia, imprimis verò ad morsus *Viperarum*, cum *Therion Viperam* significat, &c. vid. *Dispensatoria.*
- Theriaca Andromachi**, videantur *Dispensatoria.*
- Theriaca** seu *Anima Articularum*, est *Hermoda stylus* verus. Germ. *Frembde oder swabre weisse Zeitlosen Wurzel.*
- Theriaca de Citro**, præparatur ex Cort. Citri conditis, *Theriaca Andr. Mithridatio Damocr. Lap. Smaragd. præparat. Spec. el. de Gemmis, ▽ sigill. ver. & Syr. Acetosit. Citri. F. Mixtura.*
- Theriaca Cœlestis**, est Extractio seu Quinta Essentia ingredientium Compositionis *Josephi Quercetani.*
- Theriaca Diatessaron**, ita dicitur, quia ex Quatuor ingredientibus, cum triplo \ominus lis despumati, confecta.
- Theriaca Germanorum**, est Compositio facta ex Granis Juniperinis maturis & recentibus, in mortario marmoreo contusis, cum ∇ Pluviali destillata, ut largius apud *Beguinum* videndum. Hoc Medicamentum putant quidam à *Paracelso* eo nomine insignitum esse, verum in ejus Scriptis, id non invenitur. Sed Electuarium Juniperinum præponit. *Consil. Tom. 5. p. 105. ceu longè meliùs hac Theriaca.*
- Theriaca mulierum**, componitur ad hunc modum. \mathcal{R} . Theriacæ *Andromachi* \mathfrak{z} ij, Bezoartici \mathfrak{z} lii \mathfrak{z} ss Cornu Alcis & Cerv. f. Δ . calcinat. ana \mathfrak{z} ss, Extract. Rad. Angelicæ, Enulæ campanæ ana \mathfrak{z} j. Essent. Castorei \mathfrak{z} ss. Magist. Corallorum rubr. Matris Perlarum ana \mathfrak{z} j. \circ Succini citrini \mathfrak{z} ss. M. & cum Rob Baccarum Sambuci fiat Electuarium. *Lex. Jobns.*

- Theriacæ Rusticorum.* vid. Allium seu Rad. Allii. Germ. Knoblauch.
- Therinas*, id est Æstivus, vel Æstivum tempus, Collyrium Therinum, id est Æstivum. L. 4. de C.M.S.L. cap. 7.
- Therionophonium, Typhonium.* vid. Rad. Dracontii. Germ. Drachen-Wurzel.
- Therma*, propriè vocantur ∇ æ actu Calidæ minerales spontè natæ, h.e. quas Natura è liberali sinu Terræ magnâ Dei benedictione affatim suppeditat ad Sanitatem quâ tuendam, quâ recuperandam; quarum Usus non solum est externus ad Lavandum; sed etiam quandoque internus ad Potum. Gal. L. 6. de San. tuent. c. 9. Dieter. num. 508. Jul. Alex. Frid. Hoffm. Baccinus de Termis, Wekerus, Hildanus, de Thermis Leucensibus & Piperinis &c.
- Thermantica* sunt Medicamenta Calefacientia. Lex. Blanc.
- Theu Cheir*, id est Manus Dei. In genere *Herophitum* omnibus Medicamentis attribuisse, si rectè adhibita fuerint, patet ex Gal. L. 6. de C.M.S.L. cap. 3. in specie nomen est Antidoti, ex Hircino sanguine paratæ, quæ Nephriticis, Calculosisque præsentis remedio est, & describitur ab Aëtio L. 11. citante Gorræo.
- Thimelæa, Chamelæa, Laureola* Folio deciduo Flore purpureo, vid. Cort. Mezerei seu Semen Cocognidii. Germ. Kellers Hals.
- Thijma*, est Minerarum ductus & Venæ subterraneæ progressio. Germ. Der Erz und Berg-Werck streichen Gänge und Adern. Dorn. Mart. Rul. & Johns.
- Thlaspi*, est Nasturtium album seu Sylvestre. vid. Thlaspios.
- Thlaspi Graterie, Nasturtium album Arabum, Raphanus obscuriorum.* vid. Rad. Raphani Rustic. Germ. Meer-Rettig.
- Thoracica*, sunt Medicamenta adversus Pectoris mala. Lex. Blanc.
- Torexis*, est Vini generosioris Potus, Pectus Calefaciens & quasi Loricis circumdans. Lexic. Blancardi.
- Thracius*, epitheton Lapidis graveolentis, cujus meminit Nicandro Gal. L. 9. S. Fac. §. Gagates, caret Usu Medico.
- Thrausma*, vocatur species quædam Ammoniæ, quod in minutas Glebas, veluti in Frusta fractum sit, & facillè friatur. Gorr.
- Thridax, Lactuca*, Germ. Lattig. vid. Herb. & Sem. Lactucæ.
- Thridax Agria, Carduus Hepaticus, Chenoglossum.* Germ. Gänß-Distel oder Zunge/wilder Lattig oder Leber-Distel.
- Trombos, Trombosis seu Trombus*, est Sanguinis, aut Lactis in Grumos coagulatio. Lex. Brunonis.
- Thronot*, est Excelsa Sedes, aut in sublimè posita. Legitur apud Hippocr. Thronos Marcellius quoque vocatur Trochiscus, cujus descriptio habetur apud Aeginet. L. 7. c. 12. & Aët. L. 9. citante Gorræo.
- Thymma, Fragmentum, Frustum.* v. gr. Scorix. Hippocr. L. 1.
- Tbrypticos*, vim Frangendi habens; Hinc *Lithontrbryptica*, Medicamenta Calculos Frangentia, dicuntur. Germ. L. 5. S. Fac. c. 2.
- Thunnus, Thynnus*, dicitur Piscis Marinus grandior non squamosus, cujus Caro quidem dura, variat tamen ratione Ætatis; vid. Gal. Jul. Alex. Aldrov. Bruyerin. Vocatur quoque *Thynnus*, Meminit & Lang. L. 1. ep. 63.
- Thuris Manna.* vid. Manna Thuris.
- Thus adulterinum, Pseudo Olibanum.* Germ. Bast-Hardt/oder Harß. Wenrauch.
- Thus, Olibanum.* Germ. Wenrauch. vid. Olibanum.
- Thus Masculinum*, est Olibanum electum. Germ. Auserlesener Wenrauch.
- Thus Judæorum*, est Thymiana, vid. Cort. Thymianæ.
- Thus Terræ Plinii*, est Chamæpithys. Germ. Schlag-Kräutlein. vid. Herb.
- Thya, Thye*, vocatur Pila aut mortarium apud Hippocrat.
- Thyites, Lapis* est Subviridis coloris, veluti Jaspis, repertus in Æthiopia, de quo parum vel nihil apud Scriptores constat.
- Thymalli Axungia.* Germ. Aschen-Schmalß. vid. Aschii pinguedo.
- Thymallus*, nomen Piscis fluviatilis nobilissimi, cujus descriptio cum Usu in Cibis & Medicina apud Aldrov. L. 5. c. 14. de Piscibus.

- Thymbra* est Satureja. Germ. *Saturey*. vid. Herbas.
- Thymellea*, *Laureola*, *Lauripusilla*. vid. Cort. Mezerei seu Semen Cocognidii.
- Thymiama* seu *Thymiana*, *Narcaphum*, *Tbus Judaeorum*. vid. Cort. Thuris.
- Thymiana Herba*, est thymum seu thymus. Germ. *Thymian*. vid. herbas.
- Thymum Creticum* seu *vulgare*. Germ. *Thymg*. vid. herbas.
- Thynnus*, Piscis Marinus grandior non squamosus. vid. thunnus.
- Tibenum*, epitheton Vini cujusdam, à Loco natali tibi ità dicti, cujus virtutem explicat, *Gal. L. de Bono & Malo Succo c. 11.*
- Tiburo*, vocatur Piscis quidam maximus & truci aspectu, vitam in Mari Indico ducens, aded insigni corporis robore, ut Hominem Ictu Dentis secet medium & devoret. Lapis ex ejus capite extractus, utilissimus fertur Nephriticis & □næ difficultate laborantibus. *Chiocc. Mus. Calc. S. 1. pag. 104.* describitur & à *Rondelet. L. 16. de Piscibus cap. 26.*
- Tiburinum*, est nomen Vini, à Loco natali sic dictū, cujus vires *Galenus* proposuit.
- Tichus*, nomen Piscis Marini, ad Ostia fluminum intrantis apud *Jul. Alex. L. 15. §. cap. 1.*
- Tifacoum* est J tum vivum. §. Germ. *Queck Silber. Mart. Ruland.*
- Tifarum* & *Tusiasi*, est Sulphur vivum ☿. Germ. *Lebendiger Schwefel. Johnson. Lex. 2. fol. 7.*
- Tifatum*, idem est quod tin, Sulphur. ☿. *Mart. Rul. & Johns.*
- Tigala*, epitheton certum Sacchari Arabic. de quo differuit *Jul. Alex. L. 18. Sal. cap. 14.*
- Tigillum*, Vas Chymicum, rebus calcinandis idoneum. Germ. *Ein Tiegel. Sign.*

- Tigris*, Animal est ferum, quadrupes, crudele homines devorans, cujus Histor. cum Usu, vide sis apud *Aldrov. L. 1. de Quadrup. digit. Vivipar. cap. 4.*
- Tiletten*, est Lamina ferri Germ. *Eisen Blech. Mart. Rul. & Johns.*
- Tilia*, Germ. *Eine Linde.* vid. Flores tiliæ.
- Tilton*, est Linamentum concerptum. *Corr. & Foës.*
- Timiama*, est omnis Confectio Odorifera, ad fumigandum facta. *Christoph. de Honestis apud Sylvat. pag. 187.*
- Tin*, *tifatum*, Sulphur ☿. Germ. *Schwefel. Mart. Rul. & Johnsonus.*
- Tinca*, *tincha*, est nomen Piscis. vid. *Aldrov. L. 5. cap. 45.*
- Tinctura* ità à Med. præscript. sivè aliàs notatum, legendum tinctura.
- Tinctura*, tincturæ Vocabula Chymici non intelligunt (ut vulgus opinatur) colores simplices à Misto separatos, ve exaltatos. Sed colores Essentiæ Rerū & qualitatibus formalibus à concreto corpore extractis, inhærentes. Tinctura, nihil aliud est quàm Arcanum specificū cum Essentia & qualitatibus formalibus etiam colorem rei habens, ut in sui similem Naturam tingere possit, ad stipulante *Libavio*, Libro 2. de Alchym. tract. 2. tincturarum variæ sunt differentia. Aliæ Passivæ dicuntur, quæ extrahuntur, ut tinctura Rosarum. &c. Aliæ Activæ, quæ scil. Passivas extrahunt & ipsas R as comunicant, ut magisterium sapientum, Crocus &c. Item tinctura alia est Naturalis; alia Artificialis; quædam Animalis; quædam Metallica: Aliæ Simples: Aliæ Compositæ *Johns. L. 3. p. 76. Sign. J, T, R, Ra, S.*
- Tinctura Antimonii*, est ejus Essentia fixata. *Johns. L. 3. p. 78.*
- Tinctura Antimonii sicca Grammanni*, sunt Flores Antimonii rubri.
- Tinctura Ori* præparatur f. a. ex ejus Croco.
- Tinctura Corallorum* præparatur ex eorum solutione, beneficio ☿A.
- Tinctura* dicitur, quod colore suo penetrat & tingit alia corpora, ut Crocus in ☿ injectus.
- Tinctura Jalappe* à *Rolsinckio* vocatur *Phalaja*. vid. *Phalaja*.
- Tinctura Dne*, extrahitur ex Dna laminata cum ☿re calcinato per ☿ *ci, ed abstracto affunditur ☿ Lilliorum convallium seu ☿ Rosarum, fiat tinctura cærulea. Tin.

- Tinctura Rhabarbari* vocatur Anima & Sanguis Rhabarbari.
- Tinctura* aut Φ narcoticum Θ li, est insigne anodynum, reliquis omnibus merito anteferendum, quod *Paracelsus* summopere commendat, & magni aestimat. *Johnsonus Lex.* 3. pag. 75.
- Tinctura Tartari* extrahitur s. a. ex Tartaro ad Colorem seu Flammam coeruleam calcinato, beneficio Ψ .
- Tincturarum* Varia genera apud *Beguinum* recensentur.
- Tinckar* & *Capistrum Ori*, id est Borax Σ . G. Borax. *Dorn. Mart. Rul. & Johns.*
- Tinnunculus*, idem quod *Cenchrus*, nomen Avis, cujus duo genera, mas & foemina apud *Aldrov.* de *Scribon.* L. 5. *Ornith.* cap. 6.
- Tintifasum*, *Uffisur*, *Fumus acerrimus*, est Sulphur Φ Germ. Schwefel.
- Tipfaria*, est ∇ Hordei seu Ptisana, vid. *Tapfaria.* *Mart. Rul. & Johns.*
- Tirsiat*, est Armoniacus. \ast . Germ. Armiac. *Johnsonus.* *Lex.* 2. pag. 7.
- Titacazenum*, epitheton Vini Asiatici, de quo legatur *Gal.* L. de Bono & Malo Succo. Cap. 11. L. de Antid. Cap. 2.
- Titano* & *Titanos*, Latine Calx Ψ , aut Cinis Lixivus ex Uce eliquatus, *Erot.* Onom. pag. 11. *Gal.* L. 1. C. M. S. L. Cap. 5. *Titanos* dicitur quoque Calx ex Gypso. *Mart. Rulandus.*
- Tithymalus* vid. Rad. Esulae. Germ. Esels Witz. *Burzel.*
- Titianos*, vocatur Pessus emolliens ad Uterum vid. *Aëtius.*
- Tmetica*, idem quod *Attenuantia.* *Lex. Blancardi.*
- Tmolites*, Vinum celebratissimum fulvum, odoratum, simile prorsus Falerno, *Gal.* L. de atten. diet. cap. 12. L. de Bono & Malo Succo Cap. 11.
- Temeion*, *Temeus*, praeter alias significationes vocatur Instrumentum incisorium, vel Sector, Incisor. *Foës.* ex *Hesych.* pag. 619.
- Tobacum*, *Tobaca* & *Tobacum* est Nicotiana. Germ. Toback. vid. Herbas.
- Tonica*, sunt quae Membris foris illinita, nervis & tendinibus robur conciliant; vid. *Gal.* L. 13. M. M. cap. 22.
- Tonotica* idem quod *Tonica.*
- Topasius*, *Topazius*, est Gemma, vid. Lapidus.
- Topica*, sunt Medicamenta externa, quae foris applicantur, ut Emplastrum, Cataplasma, Litus &c. *Lex. Blancardi.*
- Tordylion Cordi*, vid. Sem. Dauici Cretici. Germ. Cretischer Mohren-Kümmel.
- Tormentilla*, Germ. Blut-Burzel. vid. Radices tormentillae.
- Torna Bonna*, *Petum*, *Hyoscyamus peruvianus*, *Nicotiana*. G. Toback. vid. Herb.
- Torna solis*, vid. *Bezetta*, Germ. Gefärbte Pappeln.
- Torneuma*, *Ramentum*, quod Torno decutitur scobes, idem, quod *Zysma*. Ita accepit *Dioscorides* de Ramentis Fraxini L. 1. cap. 109. & hodieque Cornu Cervi rasura, Torno etiam fieri solet. De Tornatis poculis Medicis, vid. *Keuchen.* ad *Sammon.* pag. 172.
- Torrefactus*, idem quod *Tostus*, ut *Rhabarbarum Tostum.*
- Torridus*, accipitur etiam pro *Torrefacto* & *Tosto.* *Keuchen.*
- Toruscula*, id est *Gutta*, ut *Toruscula Pini*, pro Resinae Gutta, ex Pino vel Abiete, toto pro parte sumpto. *Dorn. Mart. Rul. & Johns.*
- Toryne*, vocatur Instrumentum, quo aliquid in Olla agitatur, aut inter coquendum teritur, ut sunt Cochlearia lignea, Rudicula, Spata, agitare, rutilula terere, quod legitur apud *Hippocrat.* & *Foësum.*
- Tostio*, est Actio, qua Medicamenta torrentur, uti fit in Tostione Rhabarbari &c. *Lex. Blancardi.*
- Tota Bona*, est Bonus Henricus. Germ. Guter Henrich/ aliquando etiam *Horminum*, Germ. Scharlach Kraut.
- Totus*, quid significet notum est. Alias in Chymicis, tota substantia dupliciter accipitur, 1. pro Toto, quod constat ex Elementis (ceumateria) & Essentia (seu Forma) 2. pro Extracto Essentia, quod elaboratum secretumque praebet Oleum, ∇ am, Sal, tincturam, & alia, pro modo elaborationis &c. *Libav.*
- Tom. 11. Oper. pag. 112.

- Toxica**, sunt Medicamenta Venenata, quibus Barbarorum Sagittæ illinebantur. *Lex. Brunonis.*
- Trachelos**, præter alias significationes, quoque vocantur Cochleæ quædam de genere Purpurarum, uti videre est apud *Keuchen.*
- Trachomaticum & Trachomaticon**, vocatur Medicamentum Oculare vel Ophthalmicum, sive Collyrium, quod deterget, tollentis Oculorum asperitatibus efficax. *Gal. L. 14. M. M. cap. 19.*
- Trachsat**, est Metallum in sua minera adhuc existens. *Dorn. Mart. Rul. & Johns.*
- Trachuros & Trachurus** Piscis vocatur, qui perperam cum Sauro confunditur. vid. *Aldrov. Jul. Alex. & Galenus.*
- Trachys, Trachytes**, est Asper, Asperitas, Tractatio, Tractatus &c. *Lex. Brun.*
- Tractos, Tractatus**, dicitur de Cera ita tractata, ut alba evaserit, *Keuchen ad Sammon. p. 101.*
- Tragacantha, Tragacanthum, Tragacantum & Spina Hirci.** Planta seu arbuscula Tragacantha quoque dicta. Germ. *Bocks-Dorn / Tragandt / Lachryma* seu Gummi mucaginosum, quia in ∇ solutum, mucilaginem exhibet pellucidam, album, subdulce, leve ac sincerum. Lachryma est, quæ à Radice Plantæ ejusdem nominis vel spontè vel vulneratâ profluens, vim refrigerandi, humectandi, emolliendi, leniendi habet. vid. *Gal. Schræd. Frid. Hoffmannus, & Rhod.* Frutex pumila admodum est, Lentis ferè Folia habet & pallida: Frutex hirsutus est, unde nomen *Tragos Hircus & Acantha Spina*, hinc dicitur *Spina Hirci* &c. vid. *Authores.*
- Tragastus**, epitheton Salis ex ∇ is stagnantibus Tragastis non procul à Smintho collecti, respondentisque marino, cujus meminit *Gal. L. 11. de S. Fac. S. Sal.*
- Tragea, Tragea**, Germ. *Trisenet oder Trisenen.* Duplex est 1. in *Forma* ξ is subtilis Aromatici ut *Pulv. s. Tragea Stomachalis* 2. in *Forma* ξ is grossi vel rotulis minimis & particulis minimis quadratis, beneficio mucilaginis Tragacanthi confectis, paratus. Germ. *Pfaffen-Futter.*
- Tragelaphus**, est Hirci Cervus, Animal Quadrupes Cervo & Hirco simile. vid. *Aldrov. L. 1. de Quadrup. Bisulc. cap. 29.*
- Tragium Primum Dioscorid.** *Fraxinus pumila Math.* vid. *Rad. Dictamni albi.* Germ. *Weisse Diptann-Wurzel.*
- Tragopogon peregrinum, Zorsonera Viperina.** vid. *Rad. Scorzonæræ.* Germ. *Schlangen Mordt-Wurzel.*
- Tragopogon vulgare!** *Barba Hirci.* Germ. *Bocks-Bardt.*
- Tragos**, Latine Hircus. Germ. *Ein Bock.*
- Tragofelinum**, est Pimpinella. vid. *Herbas & Radices Pimpinellæ* Germ. *Pimpinell.*
- Transcolatio**, idem est quod Colatio. Germ. *Durchsenung.*
- Transformatio**, idem est quod Transfiguratio & Transmutatio.
- Transfusio**, quid in genere significet notum est, & est Liquoris ex uno Vase in aliud fusio. *Lex. Brunonis.*
- Translatio**, accipitur etiam pro Transmutatione. *Libav. Tom. III. p. 193.*
- Transmutatio**, in Chymicis fumitur de Artificio conversionis Metallorum imperfectorum in perfecta. De qua Transmutatione videantur varia scripta Spagyricorum antiqua & nova, v. gr. th. *Chymic. Paracelsus, Libavius & alii.*
- Transplantatio**, propriè dicitur Plantæ alicujus de Loco in alium Locum Plantatio apud *Theophr. L. 2. Hist. pl. c. 17.* Quam Chymici transplantationem naturalem vocant. vid. prolixius apud *Senn. de Conf. & Difs. Chymic. c. 12. &c.*
- Transpositio** idem est quod translocatio. Sumitur & pro Transmutatione Metallorum in th. *Chym. Vol. Prim. p. 564.*

Transsudatio, est si in destillatione descensoria Essentia prolectata transdat, guttatimque in receptaculum defertur. Furno fit descensorio, Balneo næ & simili arte. *Mart. Rul. & Johns.*

Trapetos, epitheton Vini primarii, quod Uvis calcatis seu Pede pressis effluit; Vinum pressum vocatur. *Linden. Ex X. §. 181.*

Trara, terminus Metallurgorum, vernaculè per Instrumentum attollens, Germ. Hebe Zeug expressus, apud *Bas. Val. Testam. Ultim.*

Travenatica, sunt Sanguinem è Vulnere stringentia. *Sylvat. Cap. 665.*

Traumatica, sunt Medicamenta, quæ in Decoctis & Potionibus assumpta, Serofos & Acres humores seu Succos è corpore educunt, sanguinemque ita attenuant, ut in partes vulneratas, ruptas vel contusas commodè propelli possit; & quibusdam partibus adstringunt & detergunt, ista, lapsis, contusis & vulneratis, conducentia, Vulneraria nuncupantur. Germ. *Wundt heylende Mittel. Lex. Brun.*

Tre Pondo, id est tres Libræ ℥iij . Legitur apud *Scribon & Rhodium.*

Triangulum vel Triangularia, est Herba Sigilli Salomonis. Germ. *Weiß Wurz.*

Triangulus & Trigonus. Vocabulum hoc à spagyricis translatum mystico sensu, ad suas Hypotheses & commenta de triplicitate vel Trinitate Principiorum, de quo Triangulo vid. *th. Chym. Vol. IV p. 606. & c.*

Tria Olea Stomachia, quæ sunt. Ol. Absinthii, Cydoneorum, Mastichinum.

Triapharmacum & Triapharmacum est Medicamentum ex tribus ingredientibus constans, ut *Empl. Triapharmacum & c.*

Tria Quatuor, nomen Ponderis proximè præcedentis, vid. *L. Terebinthinæ Pondo Septuaginta quinque* (quod Tria Quatuor inscribitur) quemadmodum & in ea compositione Pondo Centum, *Minæ* vocatur.

Tribuli ∇ *tici*, vel *Marini*, *Nux* ∇ *tica* & *Castanea* ∇ *tica* & *Palustres*. Germ. *Stachel-Nuß/Wasser-Nuß/Weyer-Nuß und See-Nuß.* Inveniuntur Albi, Bruni & Nigri, crescunt in ∇ *is* & ∇ *ris*. Apportantur ex Gallia & aliis Locis.

Trica Lilibar, est Spuma maris. *Johnsonus. L. 2. pag. 7.*

Trichocola, est Medicina faciens adhærere Pilos in Palpebris. *Paulus.*

Trichomanes, vid. *Adiantum nigrum*, seu *Politrychon.*

Tricogius, est Mensura Octodècim Sextariorum. *Lex. Brun.*

Tricor, id est Aurum \odot Germ. *Goldt. Mart. Rul. & Johns.*

Tricotylos, Mensura dicitur, capiens tres Heminas vel Cotylas, *Linden. Ex XVI. §. 106. & 107.*

Tricophies Apul. Calliphyllon Hippocr. Selinophyllon. vid. *Trichomanes.*

Tricordium seu *Trifolium Acetosum*. Germ. *Sauer-Klee.* vid. *Herb. Acetosellæ.*

Triduanus, Triduum, id est *Diatritos*, Germ. *Zeit von drey Tagen. Lex. Brun.*

Triens, est tertia Pars Libræ Medicinalis, continens Uncias 4. $\frac{3}{4}$ *iv.* vid. *Gal. Plinius & Libanius.*

Trifertes, *Paracelso* dicuntur Spiritus Δ *nem inhabitantes*, *Dorn. Mart. Rul. Johns.*

Trifolium Acetosum est *Acetosella*, Germ. *Sauer-Klee.* vid. *Herbas.*

Trifolium ∇ *ticum*. vid. *Trifolium Fibrinum.* Germ. *Fieber Klee.*

Trifolium Arvense, humile seu *Leporinum, Lagopus.* Germ. *Hasen-Pfädlein.* vid. *Herbas.*

Trifolium Aureum seu *Epaticum*. vid. *Epatica nobilis.*

Trifolium Cervinum est *Eupatorium Avicennæ.* Germ. *Herz-Bünsel oder Herz-Klee.* vid. *Herbas.*

Trifolium Fibrinum. Germ. *Fieber-Klee oder Fieber-Kraut.* vid. *Herbas.*

Trifolium Fragiferum est *Fragaria.* Germ. *Erdt-Beer-Kraut.* vid. *Herbas.*

Trifolium Græcum seu *Fœnum Græcum.* vid. *Sem. Fœnu Græci.* Germ. *Bockshande.*

- Trifolium Hepaticum*, est Epatica nobilis. Germ. Edel Leber-Kraut. vid. Herbas.
- Trifolium Nobile* est Hepatica nobilis. Germ. Edel Leber-Kraut. vid. Herbas.
- Trifolium Odoratum* est Lotus hortensis & Melilotus. vid. Herbas.
- Trigla* id est Fæx. \times . Germ. Häfen. Mart. Rul. & Johnf.
- Trigias* id est Tartarus seu Tartarum \square . Mart. Rul. & Johnsons.
- Trigla*, est Piscis Marinus. vid. Mullus. vid. Gal. & Aldrov.
- Trigonos* & *Trigonus*, vid. Triangulus. Lex. Brun. Sign. Δ .
- Trinitatis Flos*, est Viola flammea tricolor. vid. Flores. f. Herbas.
- Trinitatis Herba* est 1. Jacea, 2. Trifolium \odot reum 3. trifolium Leporinum.
- Triobolon*, est Pondus Trium Obolorum vel Drachmæ Dimidiæ, vel Scrupuli Unius & semis, ssij five zss , Drachma Una enim pendet Sex Obolos vel Tres Scrupulos ssij five zj Gorr.
- Tripes*, est Circulus ferreus tribus pedibus ex ferro fabrefactus, Vas Materiam calefaciendam continens, recipiens. Germ. Drey-Fuß. Mart. Rul. & Johnf.
- Tripolis*. Germ. Trippel/vid. Lapides vel ∇ tripolis.
- Triquetrum* seu *Staphisagria*. vid. Sem. Staphisagriæ.
- Triffago* seu *trixago* vel *Chamedrys*. Germ. Edel-Chamänderlein oder Braunmänderlein. vid. Herbas.
- Trispermon*. Cataplasmatidis nomen est, sic dictum à tribus Seminibus quibus componitur, Cumino, Baccis Lauri & Apii semine. Valet contra Colicum dolorem. Gorræus.
- Trisca*, *Trischa*, *Triffia*, idem quod Mustella, vocatur Piscis fluviatilis, maximè lubricus, cujus Hepar in delicis habetur Jul. Alex. L. 14. Sal. cap. 2.
- Tritales*, *Digitellus*, *Aizouminus*, *Herb. Vermiculata*, *Crassula minima*. vid. sempervivum minimum. Germ. Mauerpfeffer.
- Triticum*, Germ. Weizen Frumentum notissimum. vid. Pyros.
- Tritones*, vocantur Homines Marini pisciformes. in Ephem. Nat. Curios. A. 1. Obs. 22.
- Triticum Hornum* vel *Hornotinum*, id est hoc Annò collectum. vid. Pyros.
- Tritorium*, vulgò *Infundibulum*, est Vas transmittens in superficie latum, & paulatim acuatum, cum manubrio annexo formatum. Mart. Rul. & Johnf.
- Tritura*, *Tritio* & *Trituratio*, est Contusio, qua Medicamenta in frem rediguntur, ut eo aptius cum aliis misceri, vel virtus eorum extrahi possit.
- Trivialis Linea*, Paracelso vocatur Stratum sive Solea Terræ, matrix seminibus mineralibus grava, quibus Dominus implantavit rationes, dona atque Semina in Seculum sat futura. Helmont. de Lithias. cap. 1. n. 6.
- Trixago*, *triffago*, *Quercula*, *Serratula* & *Chamedrys* vid. Herbas.
- trochilus*, vid. *Regulus*. Verùm & alia Avis ∇ ticæ species hoc nomine indicatur, quæ describitur ab Aldrov. Libro 19 Ornith. cap. 65.
- troch.* ita à medicis præscript. sive aliàs notatum legendum trochiscus.
- Trochisci*, sunt Orbiculi signati fiunt ex fribus cum Mucilagine Tragacanthi exceptis & in Pastam redactis, ex qua Orbiculi signati in umbra siccandi formantur, vocantur item Pastilli rotundi. Germ. Rüdlein. Lexic. Brun.
- Trochites*, vocatur Lapis quidam forma similis trocho illi, quo pueri lusitant, in gyrum agendo, in superficie Cineri coloris; intus verò candidi; & ulterius describitur à Chioc. Mus. Cal. f. 3. pag. 311.
- trogloodytica*, vocatur Myrrha optima à Patria, videlicet troglodytis, Egypti populis. Vocatur & troglytis. vid. Rhod. ad Scribon. n. 90. Gorræus.
- Trogloodytis*, vocatur species Passeris, imò Passerculi, cujus mirabilis virtus in expellendo Calculo à veteribus deprædicata fuit, & describitur ab Aldrov. L. 16. Ornith. c. 3. meminit & hujus virtutis Lang. L. 2. ep. 58.
- Tronus* & *Tronossa*, dicitur Cœlestis Ros ex \triangle re natus, omniū dulcissima species Mannæ, densa, tenax & albissima præ cæteris, ex frio Regionis Mediæ generata & separata prorsus ab omni fre & Sale. Vere & Æstate decedit, manèque reperitur Foliis Arborum adhærens, ut alia Manna. Dorn. Mart. Rul. & Johnf. ex Parac. L. de Caduco Matricis §. 2. Fragment: ad libros

- libros Paragraph. L. 9. de signat. rerum natural. L. de ☉ le c. 2. Elixir è Trono meminit in Aret. dox. L. 8. Elix. n. 3.
- Trophe*, idem est quod Alimentum seu Nutrimentum, *Lex. Brun.*
- Trophema*, latinè Edulium, Cibus *Hippocr.* L. de Fistul. III. 7.
- Trophos*, nomen est Medicamenti, quod Linteis illinitur ad replenda Ulcera ca-
va, & meminit ejus *Ægineta* L. 4. c. 4. 50. in fin.
- Trotta*, *trotta*, *Æliana*, Aldrovand. *Amion* vocat, est Piscis marinus, gaudens ta-
men etiam ∇ is dulcibus, cujus descriptio cum Usu in Cibis. videatur apud
Aldrov. L. 3. de Piscibus cap. 20. &c.
- Troxinum* est Cichoreum sativum. Germ. *Begwartben.*
- Truncus*, propriè dicitur ea Arboris Pars, quæ ex Radice surgit, & postea in Ra-
mos dividitur. *Lex. Brun.*
- truphat*, vocatur *Paracelso* occulta virtus Minerarum, quæ quodque Metallum
cogit ac promovet in suum esse prædestinatum. L. 1. Philof. ad Athen. text.
9. *Dorn.*, *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Trutes*, quid sit in Medalli fodinis, videatur apud *Basilium Valent.* restam. Ultim.
L. 1. cap. 40.
- Trutta*, nomen Piscis fluviatilis, inter delicias habiti. vid. *Aldrov.* L. 5. de Pesci-
bus cap. 12. *Jul. Alex.* & *Schraderus.*
- Tryblion*, vel significat Catinum, Ollulam in qua aliquid asservatur, vel in quam
Materia ad suffitum immittitur, *Hippocr.* L. de stirilit. vel significat certam
Mensuram, latinè Heminam dictam &c. Apud *Gal.* quoque de Pond. &
Mensuris cap. 4. *Tryblion* inter Mensuras refertur, & habere dicitur Uncias
novem. 3ix. *Lex. Brun.*
- Trychnos*, *Strychnos*, *Uva Lupina* & *Vulpina*, *morella*, *Solanum* & *Solatrum.* Germ.
Nacht-Schatten. vid. Herbas.
- Tryge*, *Fruges Cereales*, unde *trygaboliion*, Locus in quo Frumentum reconditur.
Foëf. pag. 626.
- trygephanion*, species 3. Loræ, sive Vini Secundarii, quod fæcatum Catonem
appelasse, scripsit *Linden* ex fæcibus Vini expressum. Ex. X. §. 199.
- Trygodes*, vocatur species Collyriorum, *Gal.* L. 4.
- trymphalita*, *Panis Alcurit*, *Chelonium*, *Testudinaria*, *Harthanita.* vid. Rad. *Cycla-*
minis. Germ. *Säu-Brodt.* &c.
- Tryphera*, vocantur in genere Medicamenta, quæ latinè Delicata dicuntur &
quidè ab effectu blando, minusvè dolorifico; vel à saporis suavitate. In *Di-*
spensatorio Augustano occurrunt Quatuor compositiones Electuariorum,
quorum Unum purgans est, & *Tryphera Persica* dicitur. Reliqua tria verò
inter Antidotos & compositiones Theriacales referuntur, dicunturque
tryphera magna, *minor* & *sarracenicæ.* *Tryphera* quoque dicitur hominem
Juniorem reddens.
- Tryphonis*, Emplastrum, cujus tria genera describuntur apud *Scribon.* unum *sub-*
viride, secundum *nigrum*, quod & *Basilicum*, hoc est *Regium*, dicitur, & ter-
tium *viride* quod & *Lychbroon* vocatur, num. 201. 203. 205. 210. vid. *Rhod.*
in *Lex. Scrib.*
- Tryphos*, significat Frustum, Fragmentum, & legitur apud *Hippocr.* de Frusto
Amphoræ candente, cui Materia ad Suffitum imponitur. L. 2. de Morb.
Mulierum. LXXXVII. 3.
- Tryx*, id est Fæx vel Fæcula. ☉ Germ. *Häfen.*
- Tubel*, idem est quod Squama æris vel Metallii. vid. *Lepis.*
- Tubelech* pro *Duclech*, legitur apud *Hippocratem.* vid. *Dulech.*
- Tuber*, *Artanita*, *Rapum*, *Panis porcinus* & *Terra*, *Umbilicus Terra.* Germ.
Schweins-Brodt. vid. Rad. *Cyclaminis.*
- Tuber Cervinus*, & *Tubera Cervina*, *Fungus Cervinus.* Germ. *Hirsch-Brunst /*
Hirsch-Schwam. vid. *Boletus Cervinus.*
- Tuber Terra*, i. e. *Cyclamen.* Germ. *Erdt-Appfel / Säu-Brodt.* vid. Herbas.
Tusah,

- Typha Cervina*, sunt ista Cornua Cervi Novella, sanguine adhuc succulenta, cute lanuginosa circumdata. Germ. Raube Hirsch-Kolben. Ex quibus ∇ Thypharum Cervinarum destillatur.
- Typhonism*, *Apollinaris Herba*, *Altercum*, est Hyoscyamus. vid. Radices seu Semen Hyoscyami.
- Tyrannus*, vocatur Antidotus apud Gal. 2. de Antidot. cap. 10.
- Tyria*, apud Arabes & Barbaram sectantes Medicinam, idem est ac Ophiasis: Tyri enim voce omnes Serpentes & potissimum Viperæ intelliguntur. Castell. &c.
- Tyrion*, vocatur Emplastrum, quod cocturâ Colorem Purpuræ Tyriæ adipiscitur, & describitur ab Aëtio Libro 15. c. 12. citante Gorræo.
- Tyro*, *Tyrocinium*, dicitur de iis, qui Noviter ad Artem Medicam accesserunt, ut addiscant ejus præcepta. Hoc de compendiosa Artis & præceptorum comprehensione &c. Lat. Introductio quoque dicta. Lex. Brun.
- Tyros*, id est Lac per fractionem coagulatum, id est Caseus Germ. Käse.
- Tyrosis*, est quando Lac comestum, in Materiam Caseosam, coagulatur. Hoc est Tyros, Caseus. Germ. Käse. Lex. Blanc.
- Tyrrhenicon*, est nomen Emplastri, cujus sunt immensæ laudes apud Aëtium Libro 15. cap. 14. allegante Gorræo.

V.



Accinia nigra, *Idea nigra*. Germ. Hengel-Beer. vid. Myrta & Myrtillus.

Vacuatio, *Evacuatio*, varias Evacuacionis species, vid. suis Locis.

Vakchi, vocatur Bacca cujuslibet Arboris. Matth. Sylvat.

Valeriana, *Pbu*. vid. Rad. Valerianæ, Germ. Baldrian-Wurzel.

Valeriana nominatur *Herba St. Clare*, *St. Georgii* & *St. Mariae Magdalene*.

Valrat & *Ulcac*, id est Folium Mart. Rul. Valrat & Ulcac est Folium. Johnsonus.

Vanellus, nomen est Avis, quæ & Capella, item Pavo agrestis, dicitur & describitur ab Aldrov. L. 20. Ornithol. c. 63.

Vanilli seu *Benilli*. Germ. Tesacten oder Campechen, est Fructus siliquosa alicujus Arboris Orientalis.

Vapor, est Fumus ∇ sus vel spirituosus. In Chymicistamen dari quoque Vaporum unctuosum, quâ Naturalem, quâ Artificialem, qui nihil aliud est, quàm Primum ens $\&$ rii, quod incipit consistere in vena ∇ ti Vivi, aut ex ipso extrahitur per $\&$ nem artificiosam, Author est Libav. Tom. II. Oper. pag. 303. & 368.

Vapor Potentialis metalli, ipse Lapis Philosophicus vocatur d. L. pag. 421. Lex. Brunonis.

Vaporarium, idem quod Balneum Laconicum, sive Sudatorium. Quamvis & Sella singularis pervorata Vaporationi destinata hoc nomine veniat, docente Rhodio ad Scribon. num. 193.

Vaporatio, dicitur Fomentatio vel Fodus, qui fit mediante Vapore ∇ æ calidæ. Frequenter legitur apud Celsum L. 7. cap. 7. & 9. L. 8. c. 4. vid. rursus Rhod. in Lex. Scrib. pag. 455.

Vaporis Balneum ∇ vid. Balneum Vaporis. Germ. Dampff-Badt.

Vappa, Vinum dicitur omnibus portionibus $\&$ olis privatum, seu cujus vis evaporavit. vid. Oxines.

Vara, i. e. Folium. Germ. Ein Blat.

Vard, i. e. Rosa. Matth. Sylvat.

Varonig, est Doronicum. Germ. Genssen-Wurzel/Schwindel-Kraut, Serap.

D d d

Vas,